

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 8008

**Auteur(s) :** Mathieu Ménard [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Soligny-la-Trappe, Notre-Dame de La Trappe (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1154-1204]

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Mathieu Ménard confirme la donation faite à l'abbaye de la Trappe par Alice et Héloïse, filles de feu Le Sergent, d'une terre sise près de Chantecoq, et vend lui-même à la même abbaye une terre contigue à la précédente, pour cinquante sous angevins une fois payés et six deniers angevins de rente annuelle à son profit.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Charencey Hyacinthe (Comte de), *Cartulaire de l'Abbaye de Notre-Dame de la Trappe*, publié d'après le manuscrit de la Bibliothèque Nationale, Alençon, Renaut de Broise (Société historique et archéologique de l'Orne), 1889, K. « Carte de Haia de Chantecoq », n° XLV, p. 285-286.

## Dissertation critique

On peut considérer que l'usage des monnaies d'Anjou est répandu en Normandie en général sous Plantagenêt.

Texte établi d'après a

Cunctis sancte Ecclesie filiis, Matheus Menart, salutem. Sciant presentes et futuri quod Aales et Helois, filie Johannis Servientis, et Rob[ertus], maritus Aales, dederunt terram suam que fuit Johannis, patris earum, que est juxta haiam de Chantecoc, ecclesie Sancte Marie de Trappa et monachis ibidem Deo servientibus, in elemosinam perpetuam, liberam et quietam ab omni servitio et tallia et seculari consuetudine. Pro qua donatione habuerunt de monachis VII libras andegavensium, et filii predictae Aales XII denarios. Et predictae sorores et Rob[ertus] juraverunt super altare Beate Marie de Quercu Bruna quod nichil ulterius in illa terra reclamabunt et eam monachis garantizabunt. Quam donationem ego, Matheus, concessi liberam et quietam ab omni servitio et seculari consuetudine, preter duos solidos andegavensium quos reddent michi monachi per annum, ad festum sancti Remigii. Et pro hac concessione, habui de monachis X solidos. Preter hoc, ego, Matheus, dedi predictis monachis aliam terram, quam habebam de Dominico meo, juxta predictam terram, ante haiam de Chantecoc, liberam et quietam ab omni servitio et seculari consuetudine, sicut aliam, preter sex denarios andegavenses quos reddent michi ad predictum terminum. Pro hac donatione, recepi a monachis LXV solidos andegavensium, et uxor mea, pro concessione, V solidos. Et sciendum quod utraque terra incipit a[b] haia de Chantecoc usque ad terram quam habent monachi de Alberto Gemello ; sicut dividit via que egreditur de masnagio quod fuit Johannis Servientis, integre usque ad terram que fuit Alberti Gemelli, sic eas divisi et tradidi monachis. Et juravi super altare Sancte Marie de Quercu Bruna quod nichil ulterius in predictis terris reclamabo, et eas monachis garantizabo. Et ut hec in perpetuum firma et stabilia permaneant, presenti scripto et sigilli mei testimonio confirmavi.